INCIPIT EPISTULA
HIERONIMI PRESBIT.
BEATISSIMO PAPAE
DAMASO HIERONIMUS.

Nouum opus facere me cogis
ex uetere · ut post exem
plaria scripturarum toto
orbe dispersa · quasi qui
dam arbiter sedeam · &
quia inter se uariant quae
sint illa quae cum greca con
sentiant ueritate decernam
pius labor · sed periculosa
praesumptio · iudicare
de ceteris · ipsum ab omnib·
iudicandum · senis mutare
linguam & canescentem
mundum · ad initia retra
here paruulorum ·
Quis enim doctus pariter uel
indoctus cum in manus uo
lumen adsumpserit · & a sa
liua quam semel inbibit ui
derit discrepare quod lecti
tat · non statim erumpat
in uocem · me falsarium me
clamans esse sacrilegum qui
audeam aliquid in ueterib·
libris addere · mutare · cor
rigere · aduersus quam in

uidiam · duplex causa me
consolatur · quod & tu
qui summus sacerdos es
fieri iubes · & uerum non
esse quod uariat · etiam
maledicorum testimonio
conprobatur ·
Si enim latinis exemplarib·
fides est adhibenda respon
deant · quibus tot sunt
exemplaria pene quot co
dices · si n autem ueritas
est quaerenda de pluribus ·
cur non ad grecam origi
nem reuertentes · ea quae
a uitiosis interpraetibus
male edita · uel a praesump
toribus inperitis emenda
ta peruersius · uel a libra
riis dormitantibus · aut
addita sunt aut mutata cor
rigimus · Neq· uero ego de
uetere disputo testamento ·
quod a septuaginta senorib·
in grecam linguam uersum
tertio gradu ad nos usque
peruenit · non quaero
quid aquila quid symma
chus sapiant · quare theo
dotion inter nouos & ueteres

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG

HESSEN
Staatliche Schlösser
und Gärten Hessen

Organisation der
Vereinten Nationen für
Bildung, Wissenschaft,
Kultur und Kommunikation

Kloster Lorsch
Welterbestätte
seit 1991

The J. Paul Getty Museum, Los Angeles, Ms. Ludwig II 1
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/getty_msludwigII1/0007